la discordia. vbi nulla senectus. Debem⁹ igit ad deū oculos leuare vt mittat nobis auxiliū. Psal. Leuaui oculos meos in mōtes vndeveniet auxiliū mihi. Auxiliū meū a dño ⁊c. De quo legim⁹ hystoriā in libro de picturis q erat q̄dam rex potens ⁊ diues habens duas ciuitates vnā in tuto ⁊ alto monte ⁊ aliā i valle ad inimicis vallatā: ⁊ habuit duos filios: vnus habitabat cū patre in tuto mōte. alius in valle obsessa. leuauitq oculos filius in valle ⁊ clamauit ad patrez p auxilio: ⁊ pater scripsit quattuor lras. Prima erat peccatū ⁊ immundiciā relinque ⁊ honestate assume ⁊ statim te liberabo. Secūda lra erat talis. Dilige deum tuū ex corde tuo quoniā ad filitudinē suā te creauit. Tertia lra erat. sine amore nō poteris saluari. pter carentiā em amoris homo perit. Quartā lram misit sibi p ꝓpriū filiū quē habuit apud se. ⁊ tenor lre erat talis. De omibus tuis nihil peto nisi vt me diligas sicut tuū germanū. Ad ꝓpositū ille rex diues est deus pater q̄ hz ciuitates vicz celi ⁊ mūdi. vna est tuta in alto loco. s. monte ad quē oculos nr̄os subleuare debem⁹ ⁊ auxiliū petere. hic habuit duos filios. scz Jesum xp̄m̄ ⁊ humanā naturā in mūdo. Nuncia uit igit deus pater hūane nature p tres nūcios. Primus fuit abraā patriarcha cui mādauit sicut tenet p ma littera. Peccatū ⁊ immundiciā fuge. ⁊ hoc fecit. ⁊ filij eius ad multa tpa. Secūdus nūcius fuit moyses ⁊ ille fuit cū dño in monte synai. ⁊ accepit tabulā quasi litterā scriptā digito dei viui. ⁊ ille pīno nuncia uit legē dilectionis: q̄ ad imaginē dei creatus est: vt patz Gen. j. Tertius nūcius fuit Hieremias ꝓpheta quē deus sanctificauit in vtero materno q̄ dixit. Sine amore non poteris saluari ꝓpter cui⁹ caritatiā hō perit. Quartā lram misit sibi p ꝓpriū filiū suū de mōte eterno q̄ ipm hominē redemit ꝓpio suo sanguine et ille erat tenor sue littere de oibus nihil aliud peto nisi vt me diligas sicut tuū germanū. ⁊ sic est q debemus oculos subleuare ad deū sicut profugi in montē in quē fugiam⁹. Tertio debem⁹ oculos subleuare vt p̄secuti in liberatorē in quē speram⁹. Videm⁹ nāq q hodie paupes iusti ⁊ simplices a malis p̄sequūtur diuersimode velut verus heres fili⁹ abrae a spurio ysmaele: verus heres eterni regni est iustus. et iō eiecit spurius fili⁹ ancille. ⁊ hoc ostēdit epistola hodierna q̄ sumpta est de genesi. ⁊ Paulus ponit eā ꝓ exemplo p̄secutiōis iustorū ⁊ cōdemnatione malor̄. dicit q abraā habuit duos filios vnū de ancilla ⁊ aliuz de libera. i. de vxore ꝓpria. sed cū eēnt ambo pueri iste pueri. s. ysaac verus heres ⁊ liber. ⁊ ysmael spuri⁹ luserūt in domo ⁊ spuri⁹ p̄cussit verū heredem q̄ eius mater molestē ferens ⁊ tollēs filiū suū in gremiū dixit ad abraā. Tu promisisti mihi q̄n deus daret mihi filiū q tu velles eijcere ancillā ⁊ filiū ei⁹: q̄ filius ancille nō debet esse heres cū filio libere. tūc abraā dixit ad ancillā Tolle filiū tuū ⁊ vade de domo mea. et declit ei cibaria p̄ via. que iuit in desertuz ⁊ voluit ire in egyptū ⁊ errauit in deserto ⁊ non habuit aquā nec aliq̄d ad bibendū p triduū. Ita fuit desperata ꝓpter penuriā aque q voluit relinq̄re filiū suū sub arbore ⁊ recedere: s puer clamabat post matrē. ⁊ mota sunt materna viscera ⁊ reuersa ad puez ⁊ lachrymata est ⁊ leuauit oculos ad deū ⁊ orauit. Tūc misit angelus suū q̄ eduxit eā ad fontē in deserto ⁊ ibi habitauit ad multos annos: ⁊ filius accepit vxorē de egypto ⁊ creuit in gentē magnā: ⁊ isti dicebant ysmaelite. ⁊ isti sp̄ p̄sequebant filios abrae q̄ fuerūt veri heredes. Et iō dicit ap̄lus in hac ep̄la. Ita ⁊ nunc ois iustus ⁊ penitēs est verus heres. s iusti ⁊ boni veri heredes a spuriis. i. a pessimis p̄sequunt. s veniet hora in die iudicij q ancilla ⁊ filius ei⁹ eijcient. i. corp⁹ ⁊ aia ad deserti eterne dānatiōis vbi sustinēt sitim ⁊ nō bīt aquā misericordie: ⁊ verus heres iustus ⁊ penitēs manet in hereditate p̄is. liberi sum⁹ q̄ libertate xp̄us nos liberauit. iō ois hō q̄ est sine pct̄o est liber ⁊ heres. ⁊ omis peccator expellit. iō ois iustus ⁊ penitēs si p̄sequitur subleuet oculos suos ad dñm deū nostrū ⁊ liberabit eū. Quarto dico q debem⁹ oculos subleuare ad deū velut tristes in cōsolatorē in quē gaudeam⁹ vt ostendit introitus misse. Letare hierl̄m ⁊ conuentū facite omes qui diligitis eam. ⁊ ista letitia venit ex antiqua lege q hierl̄m fuit destructa postea reedificata ⁊ post captiuitatē reuocauit neemias oēm pplm̄ dispersuz ⁊ ait verbū p̄allegatū. Letare hierl̄m. Ita sancti patres hodie in roma vbi est mater totius eccl̄ie ⁊ magna leticia spūalis: q̄ celebrat papa missam in eccl̄ia q̄ vō ad sanctā crucē in hierl̄m: ⁊ post missaz hz rosaz de auro in quā infundit vinū cum balsamo ⁊ bibit: ⁊ tūc nobiles romani sedēt ante eccl̄iam in eq̄s preciosis ornati vestimētis: ⁊ nobliori romano quē videt inter eos tribuit hanc rosam q̄ bibit ⁊ tribuit aliis. ⁊ cū leticia equitant p totā ciuitatē. ⁊ hoc inuenerunt sancti p̄res: quia sicut eccl̄ia iam est in medio quadragesime hz p solatiū spūale recreari: vt ait poeta. Interpone tuis interdū gaudia curis. Vinū ⁊ balsamū significant xp̄m̄ deū ⁊ hoiem filiū ⁊ spiritūsanctū: ⁊ amru deum patrē. Ita tres p̄sone in vnū sicut aurum vinū ⁊ balsam⁹: ergo letemur hodie ⁊ ois tristis leuet oculos ad deū vt ipsum cōsoleť. ergo ad thema. Cū subleuasset oculos iesus. ⁊c.

¶ Dñica in passione. Sermo. xxj.

Esus autē abscondit

se Joh. viij. Nos videmus q̄n aqua abundās transit in angusto meatu: tūc in vno obstruit in alio loco q̄rit exitū. Ita spūaliter hō plenus oi malicia ⁊ dolo sepe cōfundit a iusto. ⁊ si in vno cōfundit ⁊ vincitur p veritatē q̄rit aliā excusationē. ⁊ si iterū vincitur tūc violenter inuadit iustū. Ita malicioſi iudei pleni omni dolo ⁊ inuidia fuerūt p xp̄m̄ sepe victi ⁊ cōfusi ⁊ tūc aliā excusationē ⁊ inuentionē inuenerūt: s xp̄m̄ vincere nō potuerunt. iō violenter in ipm̄ irruere voluerūt. s ipse sciebat tps q̄n pati ꝓ nobis debuit ⁊ illud adhuc nō venit. iō abscōdit se: vt p̄z in euangelio hodierno. In illo tpe. Dicebat iesus turbis iudeorū ⁊ p̄cipibus sacerdotū. Quis ex vobis arguet me de pct̄o. si veritatē dico vobis q̄re nō creditis mihi. q̄ ex deo est verba dei audit: ꝓterea vos nō auditis q̄ ex deo nō estis. rñderunt iudei ⁊ dixerūt ei. Nōne bene dicim⁹ nos: q̄ samaritanus es tu ⁊ demoniū habes. Rñdit iesus. Ego demoniū nō habeo sed honorifico patrē meū ⁊ vos inhonorastis me. Ego aūt non q̄ro gloriā meā: est q̄ querit ⁊ iudicet. Amē dico vobis. si q̄s sermonē meū seruauerit mortē nō videbit in eternū. Dixerūt g iudei. Nunc scim⁹ q̄ demoniū habes: abraā mortu⁹ est ⁊ ꝓphete ⁊ tu dicis. si q̄s sermonez meū seruauerit mortē nō gustabit in eternū. Nūquid tu maior es patre nr̄o abraā q̄ mortuus est ⁊ ꝓphete mortui sunt. quē teipm̄ facis. rñdit iesus. Si ego glorifico meipm̄ gloria mea nihil est. est pater me⁹ q̄ glorificat me quē vos dicit⁊ q̄ de⁹ noster est, ⁊ nō cogno

uistis eū: ego aūt noui eū. ⁊ si dixero qz nescio eū: ero similis vobis mēdax. sed scio eū ⁊ sermonē ei⁹ seruo Abraā pater vester exultauit vt videret diē meū. vidit ⁊ gauisus est. Dixerūt g̃ ad eū Quinquaginta an nos nondū habes ⁊ abraam vidisti. Dixit eis ihesus. Amē dico vobis: anteqũ abraā fieret ego sum. Tulerūt ergo lapides vt iacerēt in eū. Jhesus aūt absconditse ⁊ exiuit de tēplo. Quo ad thema. Jhesus aūt absc̃o dit se. Nota q̃ ꝯtuor sunt absc̃odita a nobis q̃ nullus bō pfecte scire pōt in hac vita. ꝫ aliq̃ ex illis sunt aliq̃bus sanctis reuelata de speciali gr̃a: sed naturalit nullus bō q̃liter cunq̃ sanct⁹ fuerit scire pōt. Primū est hora mortis. secundū dies vltionis. tertiū est pena dānatiōis. quartū est gloria elector. Primū qō a nobis est absconditus qō nos ignoram⁹ naturaliter est hora mortis: vñ Eccles. ix. Nescit bō finē suū. Et ibi dē. Nemo scit vtrū amore dignus sit vel odio: qz nihil certius morte ⁊ nihil incertius hora mortis. Jtem Job dicit. iij. ca. Viro absc̃odita est via mortis ⁊ hora ⁊ circūdet eū dies tenebrosita⁹. Si em̃ boies cōsiderarēt q̃ incertissima est illa hora vtiq̃ se p̄pararēt. nā qñ bō est iturus de vna ciuitate in aliā ⁊ ibi mansurus est: tria facit. Primo oia debita cū debitoribus planat. Jta ⁊ nos: qz nō habem⁹ hic manentē ciuitatē ad Hebr. xiij. ꝫ futurā inq̃rimus ⁊ nos optet ire ad aliā ciuitatē: siue velim⁹ siue nolimus ⁊ nescim⁹ qñ: iō debem⁹ q̃tidie planare oia nr̃a debita cū deo ⁊ proximo. Scdo ꝓuidet de viarū periculis vtrū vie sint tute: ⁊ si nō sunt tute accipit cōductore. ita ⁊ via aie cū egredit nō est tuta ꝫ latronib⁹ vndiq̃ obsessa. Si em̃ dyaboli latrones inq̃rebāt ⁊ insidiabant de via anie xp̄i qñ eā emisit in cruce q̃ntomagis insidiant boi peccatori moriēti in mille pctis. iō debem⁹ in hac vita eā facere tutā p elemosynarū largitionē. tūc elemosyna ducat cū cōductu angelico aiam p viā tutā ad ciuitatē futurā vbi eternaliter est māsura. Tertio videm⁹ q̃ bō exiēs ad aliā regionē ꝓuidentiā facit vnde viuat i ciuitate futura. ita ⁊ nos. nā Apo. xiij. dī. O pa illoꝝ sequunt illos: iō sapiēs ꝓponit nobis qua animalia q̃ ꝓuidentiā faciunt. ⁊ dicit Prouer. vj. O piger vade ad formicā ⁊ disce ab ea prudentiā q̃ colligit in estate vñ viuat i hyeme. Jta apis colligit mel ⁊ laborat i estate nō recusans vt inde viuat i hyeme. ⁊ illa ē intētio apis. ꝫ bō supflua rapit. ⁊ iō boies peccāt q̃ apibus totū laborē subtrahūt vt morianť in hyeme. ⁊ ꝓpter h̄ dicit Job. xij. Vade ad iumēta ⁊ docebunt te hāc ꝓuisionē. Exq̃ hora mortis ignoram⁹ q̃ absc̃odita est nobis legim⁹ exemplū: q erat q̃dā rex potes hñs in regno suo aduocatū quē improuise vocauit ⁊ deposuit ⁊ in exiliū misit ⁊ ibi maximam miseriā sustinuit. tandē aliū cōstituit ⁊ ei fecit siliter: ꝫ tertiꝰ cōstitut⁹ in loco ꝓuisionē fecit ⁊ multa alia bona collegit ⁊ in aliā ciuitatē occulte trāmisit. Dñ igit dñs illū similit sicut alios deposuit. ille letus ad exiliū alterius ciuitat⁹ transiuit: qz ibi sciuit vñ viuere honorifice potuit. Jta de⁹ pater cōstituit nos suos aduocatos in h̄ mūdo: nob cōmisit corp⁹ ⁊ aiam ⁊ res tpales ⁊ multos deposuit improuise. iō nos debem⁹ facere sapienter vt mittam⁹ multa bona opera ad futurā ciuitatē vñ viuam⁹ honorifice eternal. Scdm qō a nob est absc̃oditū est dies extremi iudicij: vñ ait Mat. xxiiij. De illo die nēo scit neq̃ āgeli neq̃ boies neq̃ electi. iō p̄monet saluator ibidē dicēs. Vigilate g̃ qz nescit⁹ diē neq̃ horā. s. extremi iudicij. Ad vigilandum g̃ do cēt nos qua aialia q̃ vigilāt qz dānū nō ignorāt ⁊ p̄q pue quatuor aialia. Primū est passer in tecto: vñ ait Dauid in psal. Vigilaui sicut passer solitari⁹. Passer q̃n bz oua ⁊ pullos sp vigilat: ne nisus improuise veniat ⁊ pullos suos ⁊ ipm rapiat. Jta ⁊ nos vigilare debem⁹ ne xp̃s veniat ⁊ ad iudiciū nos improuise rapiat. Scdm aial est pauo nā q̃n dormit de nocte tunc q̃n euigilat cito clamat qz timet q̃ alicṽs veniat ⁊ ipm improuise rapiat. Tertiū aial est grus: vñ dicit naturales q̃ q̃n grues volāt de nocte sedētes custodes stādo ad vigilandū ponunt ne lup⁹ improuise veniat ⁊ damna eis inferat. ita ⁊ nos debem⁹ sp stare in custodia ad vigilandū in bonis opib⁹ ne lup⁹. i. dyabolus nos improuise rapiat ⁊ ad iudiciū ptrabat. Quartū aial est philomena q̃ vigilat i nocte ⁊ cātat ⁊ nō manet diu i vno ramo: ꝫ de ramo in ramū volat ne buso ascēdat ⁊ improuise appēdat ⁊ dānū inferat. ita ⁊ nos debem⁹ ramos v̄tutū ascēdere deū laudare et in v̄tutib⁹ vigilare ne buso malax tēptationū nos appēdat ⁊ improuise ad iudiciuꝫ ptrabat: iō dico q̃ illa dies extremi iudicij est a nob absc̃odita: iō debem⁹ q̃tidie vigilare ⁊ ire de v̄tute in v̄tutē. Tertiū qō a nobis est absc̃oditū est pena infernalis seu eterne dānationis: quā mali nō considerāt: vñ ait dñs Lu. xix. Videns de⁹ ciuitatē fleuit sup illā ⁊ ait. quia si cognouisses ⁊ tu. supple fleres. q̃ mō absc̃odita sunt ab oculis tuis. qz venient dies in te qñ inimici tui vndiq̃ circūdabūt te: vñ ait illud idē de reprobis q̃ nō cōsiderant penā eterne dānatiōis: qñ em̃ pctor peccat mortalit: tūc inferius aperit os suū cōtra eū vt deuoret eū ⁊ nisi misceā ⁊ patiētia dei peccatorē expectaret: ipm vi uū cū corpe ⁊ ania deuoraret. Hui⁹ legim⁹ figurā. ij. Reg. Absalon filius regis dauid habuit duos seruos qui ipm offendebāt fortiter: ꝓpter qō misit alios seruos ⁊ iussit illos duos interfici: ꝫ ipsi fugerūt ⁊ in deserto in quodā puteo se absconderūt. ⁊ mulier q̃dam velamē expandit sup puteū ⁊ ibi latuerūt: quousq̃ q̃rentes recesserūt. ⁊ tandē ira filij regis placata est et ad gr̃am puenerūt. Jta spāl⁹ de⁹ pater in deitate habet filiū ihesum q̃ dī filius regis altissimi q̃ satis est mitis sup seruos suos. i. fideles: ꝫ q̃n ipm nimiū offendūt tūc interdum mittit angelos vt pctōres occidāt, tūc pctor recognoscēs se offendisse deū dz se absc̃ōdere in fonte penitētie ⁊ ibi ieiunare ⁊ orare. tunc misericordia dei expādit velamē protectiōis quousq̃ ira dei placat. ⁊ recipiat pctōres in gratiā ne eternaliter cōdemnent. ⁊ iō p̄z q̃ ira dei ⁊ pena est a nob abscondita. iō penitentiā agam⁹ ea vt euadamus. Quartū qō a nobis est absconditū est electio beatorū. ꝫ tunc post mortē ⁊ in vltimo iudicio clare manifestabitur: vñ ait Sap. v. Stabūt iusti in magna constantia aduersus illos in die iudicij q̃ eos bic tribulauerūt dicēt impij. Ecce quō cōputati sunt inter filios dei ⁊ inter sanctos. Hij em̃ sunt q̃s aliq̃n babuim⁹ in derisuꝫ sed tale gaudiū est a nob mō absc̃oditū ita q̃ nullus scit vtrū dignus sit: vñ in psal. Qz magna multitudo dulcedinis tue dñe quā absc̃odisti timētib⁹ te. Quis aūt ad tale gaudiū sit assumēdus in die iudicij h̄ absc̃oditū est a nob. Mā videm⁹ q̃ multi boni cadūt in peccatū mortale ⁊ in eo moriunt. ⁊ multi mali resurgūt ⁊ ad statū bonū cōuertunt. ⁊ g̃ finis est cōplemētū bonitatis. Et tñ p tria signa pōt cognosci q̃s debeat ad gaudium sempiternū assumi et eligi. Primū signū est dei castigatio et cū homo patienter sustinet: vñ ait Amos. iij. Ego vos cognoui ex oibus nationibus terre. et idcirco visitabo sup vos omēs iniquita

tes vestras vt possim vos assumere ad gloriã. Sap. xvj. In breui turbati habetes signũ salutis. Secũdũ signũ est boni delectatio: vt qñ delectat in bono ꝓximi ⁊ ipm diligit ꝓpter deum. vñ ait Joh. In hoc cognoscent filij dei ad gloriã sumẽdi si diligim⁹ fratres ⁊ q̃ non diligit manet in morte. Tertiũ signũ ad gaudiũ eligendũ est peccati detestatio vt habeat horrorẽ peccatorũ in cõscientia ⁊ cũ viderit alios peccare ꝙ sibi multũ displiceat. vñ dicit in psal. Perfecto odio oderã illos inimici facti sunt mihi. per hec tria signa cognoscit sumendus ad gloriã. ⁊ iõ querit dauid in psal. Quis ascendet in montẽ dñi aut q̃s stabit in loco sancto ei⁹. Innocẽs manib⁹ ⁊ mũdo corde q̃ non accepit inuanũ aiam suã. ideo ista quattuor sunt nobis abscondita. dies mortis. dies iudicij. quis dãnandus aut quis ad gloriaz assumendus. ⁊ ergo ad thema. Jesus abscondit ꝛc.

Dominica palmarũ. Sermo. xxij.

Jcite filie syon ecce

o rex tu⁹ venit tibi Mat. xxj. Nota ꝙ apud antiquos facta ⁊ probitates solebãt laudari. ⁊ hoc ꝓpter tres causas. Primo vt ipsis de suis ꝓbitatibus gratiarũ actio exhiberet: vñ Greg. Nõ est dignus de dandis q̃ nõ reddit grates de datis. Secũdo vt laudationes in posterũ reddant: vñ ait poeta. Virtus laudata crescit: ⁊ hoc ps de dauid. j. Regum. qñ ipse fecit victoriã cõtra Goliã. ois populus ipsuz laudabat. ⁊ rex posuit eũ sup equũ ⁊ duxit eũ p totaz ciuitatẽ in regalibus vestibus ⁊ mulieres ⁊ pueri clamabãt. Saul percussit mille ⁊ dauid decẽ milia in milibus suis. Tertio vt alios ad similia opa virtuosa valeant excitare vt ps qz troiani laudabãt Herculẽ militẽ fortissimũ qz multa bona eis fecit pro eis pugnãdo. Jõ romani laudabãt Pompeiũ: cui⁹ imaginẽ ex ere exerũt ⁊ in multis honorauerunt ꝓpter beneficia que ab ipo acceperũt. Et sm hoc iudei a xpo multas ⁊utes ⁊ mirabilia audierũt ⁊ viderũt. nã cecos illuminauit: mortuos suscitauit: leprosos mũdauit: infirmos curauit. ⁊ ideo teste cõscientia eoꝝ laudes ⁊ honores impẽdere sibi voluerũt: ⁊ hoc patz in hoc euãgelio qđ hodie legim⁹ ante ꝓcessionẽ ⁊ passionẽ et scribit Math. xxj. Cũ approp̃inquasset iesus hierosolimis in die palmarz de mane ⁊ venisset bethsage ad villã q̃ fuit in mõte olivueti in pede mõtis. tunc misit duos de discipulis suis dicẽs Jte in castellũ qđ cõtra vos est. hierusalẽ vocauit castellũ ⁊ nõ ciuitatẽ qz ciuitas apud antiqs fuit libera: ꝙ ipsi libertatẽ pro ꝓter peccata ꝓdiderũt. ⁊ iõ dixit. Jte in castellũ ⁊ statim ꝓuenietis asinã alligatã ⁊ pullũ cũ ea. Asinã habebant ꝓpter paupes q̃ nõ habebãt equos ⁊ mulos vel ꝓprios asinos. Nam ciuitas erat in monte sita ⁊ paupes q̃ habebant opus acceperũt asinã vel equã ⁊ lignũ duxerũt ⁊ dederũt sibi ad comedendũ ⁊ ad locũ cõmunẽ ipm ligauerunt. dixit ꝙ eis. Jte soluite et adducite mihi: si q̃s vobis dixerit quare soluitis: dicite. Dñs bis opus hz ⁊ confestim dimittet eos. Hoc aũt totũ factũ est vt adimpleret qđ dictũ est ⁊ ꝓphetam Zachariã. ix. dicentem. Dicite filie syon ecce rex tuus venit tibi mãsuetus sedẽs sup asinã ⁊ filiũ eius subiugalẽ ꝓpter humilitatẽ. Eũtes aũt discipuli fecerũt sicut ꝓceperat eis iesus ⁊ adduxerũt asinã ⁊ pullũ. i. paruulũ. ⁊ imposuerunt sup eos vestimenta sua et eũ desuper sedere fecerũt. Plurima aũt turba straverunt vestimẽta sua in via qui veneraṇt de alijs ciuitatibus ꝓpter festum solenne. ⁊ multa bona de Iesu nazareno audierũt: ⁊ ideo hoc fecerunt. alij aũt cedebant ramos de arboribus ⁊ sternebant in via. Turbe aũt que ꝓcedebant ⁊ q̃ sequebanť clamabãt cantando. Osanna. i. salua nos fili dauid regis nri: benedictus q̃ venit in noie dñi. Ex his verbis est sciendũ ꝙ turba hodie xpm honorauit quattuor. Primo in vestimẽtis prosternẽdo. Scõ in ramis proiciendo. Tertio in floribus portãdo. Quarto in bñdicendo: ita ⁊ nos debem⁹ hodie xpm honorare. Primo in vestimẽtis penitẽtie ⁊ dilectiõis. scõ in ramis palmarz ⁊ oliuarũ. tertio in floribus virtutũ ⁊ exultatiõis. ꝙrto in laude bñdictionis. Primo dico sic. ꝙ vnusq̃sq̃ nostrũ hodie debet christũ honorare in vestimẽtis penitẽtie ⁊ dilectiõis. Nã de vestimẽto penitẽtie legim⁹ in scholastica hysto. qñ aliqua mulier fuit apꝓhensa in fornicatiõe: tunc aliq̃bus faciebant gratiã ⁊ aliqs scõm ꝓceptũ lapidabãt. ꝙ ille mulieres q̃bus fuit facta gratia portabãt vestimẽta scissa ⁊ totũ corpus cũ capite velabant. ⁊ ista vestimẽta erãt nigra ⁊ ex vtra qz pte pendebãt manifeste vsqz ad terrã. ⁊ ita velate erãt in facie ꝙ vix videre poterãt gressum viarũ. Jta ania q̃ peccauit mortaliter est adultera apud deũ cui est desponsata in baptismo p anulũ fidei. vnde sentẽtia dãnationis ⁊ mortis eterne est iam a deo prolata: vñ Ezech. xviij. Ania q̃ peccauerit mortaliter ipa morieť. Debet igit talis aia de bona volũtate se castigare et accipere in corde vestimentũ pnie nigrũ in bũilitate et scindere p amaritudinẽ cõtritionis: vñ ait Jobel. ij. Scindite corda vra ⁊ nõ vestimẽta vestra ⁊ velate omẽs sensus corporis vestri. s. visum: auditũ: gustũ: tactũ et odoratũ: ne in illis amplio⁹ offendas creatorẽ tuũ. Cũ igit accipis humilitatẽ in recordatione ꝓcorum tuorũ impendis honorẽ xpo. ⁊ restituet tibi gratiã quã amisisti: vt ait Ezech. xviij. Ania q̃ reuersa est de via sua mala ipsa viuet et nõ morieť p lapidationẽ eterne pene. Secũda vestis in q̃ debem⁹ xpo obuiare est dilectiõis: et ista vestis est viridis. Vñ legimus ꝙ romani depinxerũt dilectionẽ ad modũ iuuenis cũ viridi vestimẽto et facie lata ⁊ capite erecto. In cui⁹ fronte scriptũ erat aureis litteris. Hyems ⁊ estas. latus eius apertũ erat et in corde scriptũ aureis litteris. longe et ꝓpe. in fimbriis vestimenti aureis litteris vita et mors. Jta spualiter imago fuit depicta ad modũ iuuenis pulcerrimi. qz dilectio sp dz esse q̃si florens iuuentus ⁊ nunqz senescere: vñ ait Sapiẽs Eccli. ix. Ne derelinquas amicũ in necessitate. ita bono diligẽs deũ. deũ dz in ꝓmo diligere sibi in necessitate subueniendo. Jtẽ in fronte nanqz erat scriptuz litteris aureis hyems et estas in signũ ꝙ verus amicus in dilectione vera nõ dimittit illũ quem amat in hyeme aduersitať ⁊ in estate ꝓsperitať. ita ⁊ nos xpm debemus diligere in aduersitate et prosperitate. Vñ ait Job. ij. Si bona suscepim⁹ de manu dñi mala aute quare nõ sustineamus. Jtẽ in corde fuit scriptũ lõge et ꝓpe aureis litteris in signũ q̃ diligit aliũ qñ ꝓpe est diligat eũ si lõge est: ꝙ multi diligũt in facie dũ sũt ꝓpe. ꝙ longe. i. a tergo detrahunt: vñ poeta. Qui mel in ore gerit ⁊ me retro pungere q̃rit. Eius amicicia nolo mihi socia. Jtẽ latus eius apertũ est in signũ ꝙ q̃ diligit dz suo dilecto suũ cor sp revelare. ita et nos debemus xpo cor nostrũ in cõtritione et cõfessione revelare sicut vero dilecto q̃ nos diligit: vnde Apoc. j. Qui dilexit nos et lavit nos a peccať in sanguie suo. Jtẽ in fimbria vestimenti eius fuit scriptũ aureis lit

teris vita ⁊ moꝛs. in signū q̄ q̄ veraciter diligit: diligit in vita ⁊ in morte qđ ptz de Maria magdalena q̄ xp̄m dilexit ⁊ in domo pharisei vnxit ⁊ lachrymis pedes lauit ⁊ crinib⁹ terlit. ad quā xp̄s ait. Dimissa sūt tibi pcā multa vñ multū dilexisti. ⁊ sicut ip̄m in vita dilexit ita ⁊ in morte diligēter in signū dilectiōis q̄siuit. ⁊ sic pz q̄ xp̄m debem⁹ hodie honoꝛare in duplici veste vicz penitētie ⁊ dilectiōis. Scdo dico q̄ xp̄m debem⁹ hodie in ramis arboꝝ honoꝛare ꝓiciēdo ad pedes ei⁹. Due arbores ponunt in euāgelio. s. oliua ⁊ palma. Oliua significat misericoꝛdiaz: q̄ em misericoꝛs est floꝛet sicut oliua. vñ cōmendat sapia misericoꝛdē boiem dicēs. Quasi oliua speciosa in cāpis. Mā oliua semp retinet suū viroꝛē tam in hyeme q̄z in estate. ita misericoꝛs floꝛet hic in gra ⁊ in futuro in gl̄ia. Et legim⁹ q̄ salomon fecit poꝛtas tēpli hieruſalē de oliua q̄n in hierl̄m templū edificauit dño in signū q̄ q̄cūq; voluerit ire ad poꝛtā tēpli celestis hierl̄m oporꝛtet ip̄m esse misericoꝛdē in hac vita. ℊ ois misericoꝛs bonoꝛat hodie xp̄m poꝛtās ramū oliue in manib⁹ sicut colūba quā Noe emisit de archa poꝛtauit ramuz oliue viretibus foliis: vt bñ Geñ. viij. Ita misericoꝛs tpe inundationis aquaꝝ. i. tribulationū in die iudicij recipiet a xp̄o letanter. q̄ hic ip̄m honoꝛauit in misericoꝛdia. Scda arboꝛ ponit in euāgelio de cui⁹ ramis ꝓiecerūt. s. palma. Palma significat vitā bonā ⁊ honestā: vñ ait aīa in cāticis. Ascendā in palmā ⁊ appbendā fruct⁹ eius. Hec palma bz ramos multos bz ramū patiētie: bz ramū obediētie: bz ramū dilectiōis ⁊ cōstantie: bz ramū pnie: bz ramū castitat⁹. Cum ramo obediētie honoꝛauit deū abraā q̄ voluit deo obedire ⁊ ꝓpriū filiū occidere ⁊ deo offerre: vt pz in Geñ. Cū ramo patie honoꝛauit deū Job. q̄ oia pdidit tñ patiēter dixit Job. j. Dñs dedit dñs abstulit sicut domina placuit ita factū est sit nomē dñi bñdictū. Cum ramo dilectiōis honoꝛauerūt xp̄m discipuli q̄ morte ꝑ eo sustinuerūt. Cū ramo ꝓstantie sancti martyres xp̄m honoꝛauerūt: vt pz de martyrio martyrū. de sancto Stephano Laurētio ⁊ ceteris. Cū ramo pnie bonoꝛauerūt sancti cōfessoꝛes q̄ ieiunauerūt. oꝛauerūt cū cilicijs coꝛpa afflixerunt ꝓpter deū. Cū ramo castitatis honoꝛauerūt xp̄m sancte virgines q̄ ꝓpter xp̄m v̄ginis filiū v̄ginitatē vsq; ad morte seruauerūt. Patet ℊ q̄ turba xp̄m honoꝛauit cū ramis d̄ oliua ⁊ palma. ita ⁊ nos de misericoꝛdia. i. oliua ⁊ palma. i. bona vita Tertio debem⁹ xp̄m cū turba honoꝛare cū virtutuz floꝛib⁹ q̄ ipse est flos v̄ginitat⁹: vt ipe ait Cañ. ij. Ego flos campi ⁊ liliū cōualliū Sed hodie q̄ttuoꝛ genera hominū inhonoꝛāt xp̄m floꝛe virtutū cū q̄ttuoꝛ malis floꝛibus Mā hypocrite inhonoꝛāt eū floꝛe qui crescit scirpo. de q̄ Job. viij. Nūquid virere pōt scirpus sine humoꝛe aut crescere carectū sine aq̄. Cuz adhuc sit in floꝛe nec carpat manu ante oēs herbas arescit. scirpus exteri⁹ viret: ⁊ interius vacu⁹ est. Ita hypocrita floꝛet mūdo ⁊ nō deo: q̄ sua opa facit boib⁹ intuenda. Nō pōt in floꝛe manu carpi: q̄ nō pōt hypocrita argui q̄n fiat impatiēs. ⁊ ideo sunt q̄si floꝛes depicti q̄ apparēt ⁊ nihil tñ sunt. de quo legim⁹. iij. Regū. vij. Fecit salomon in domo dñi floꝛes depingi q̄ splendebāt: sed tñ quasi nihil erant. Secūdi q̄ hodie obuiant xp̄o floꝛi cū floꝛib⁹ carnalis delectatiōis seu dilectiōis sunt lasciui: de q̄bus Esa. xl. dr. Omis caro fenū ⁊ ois gl̄ia eius q̄si flos agri. exiccatū est fenū tpe mortis. ⁊ flos eius delectationis decidit: vñ dixerunt impij deū nō cognoscētes Sap. ij. Nō pretereat nos flos tpis: coꝛoneemus nos rosis anteq̄z marcescant. Te. tij q̄ hodie xp̄m inhonoꝛāt cū malis floꝛibus terrene cupiditat⁹ sunt auari: vñ Jaco. Floꝛiet autē bō in sua pietate. Mā oꝛit sol iusticie in die mortis: et in die iudicij cū ardoꝛe diuine vltiōis ⁊ cadit flos auaricie. Quarti q̄ hodie virgineū floꝛē inhonoꝛāt sunt superbi: de q̄bus ait Hiere. xl viij. Date moab floꝛē supbie q̄ floꝛēs egredient improuise. sicut flos q̄ cadit ante tp̄us ita supbus bō cadit ex improuiso de floꝛe sue supbie in ꝓfundū lac⁹ fornacis: vñ legit de nabuchodonoſoꝛ Danielis. iiij. q̄ nabuchodonoſoꝛ rex in superbia sua deambulauit i palatio suo ⁊ exaltatus in supbia: ait intra se. Ego nabuchodonoſoꝛ edificaui mihi ciuitatē babylonie i decoꝛē regni mei ⁊ floꝛē fortitudinis mee. ⁊ ꝓpter hoc eiect⁹ est de regno velut q̄ deiciat de stipite i terrā ⁊ cōculcat. Ita accidit hodie multz quoꝝ coꝛ eleuat in supbia ⁊ floꝛent in fortitudine coꝛpis ⁊ tpe mortz ꝓicit flos talis in sterq̄liniū eterne mortz. et sic obuiant dño q̄ttuoꝛ genera boim hodie cū q̄ttuoꝛ malis floꝛibus vt hypocrite: luxurioſi: auari ⁊ superbi ꝛc. Quarto dico q̄ turba hodie honoꝛauit xp̄m in laude exultatiōis cātando. Bñdict⁹ q̄ venit in noie dñi: vt pz in euāgelio. Turbe autē q̄ sequebant ⁊ q̄ p̄cedebant clamabāt. Bñdictus q̄ venit in noie dñi. Ipe est benedicēdus q̄z venit ad nos oēs fideles bñdicendo. hic p gratiā ⁊ in futuro p gloriā. Ipe em̄ erat ille de quo p̄dixit pater ad abraā ante aduentū christi q̄ndecim centū annoꝝ ⁊ vltra. In semie tuo benedicent omēs tribus terre. Mā ꝓpter peccata hoim terra fuit maledicta ꝙ per christū benedicta vt pz Geñ. iij. Maledicta terra in ope tuo. ⁊ iō bō natus de terra nutritus de terra incurrebat eādez maledictionē. ⁊ ideo illud verificando spūsancto inspirāte clamabāt. Osanna. i. salua nos a maledictione: q̄z benedictionē dare voluit oibus iustis ⁊ maledictionē oib⁹ malis: vt pz Geñ. xlix. vbi legim⁹ q̄ patriarcha iacob habuit. xij. filios: qui accesserūt ad patrē vt acciperēt ab eo benedictionē q̄bus omibus benedixit ꝓter Dan cui maledixit dicēs. Fiat dan qua si coluber ⁊ serpens venenosus mordens: et hoc ꝓpter suā malicīā: q̄z parētes nō honoꝛauit. Ita spūaliter cū omēs filij dei in die iudicij accedūt ad patrē glorie vt accipiant benedictionē celestē. tūc oēs bñdicet ꝓter peccatoꝛē q̄ deum nō honoꝛauit nec ip̄m laudat ⁊ illū maledicet. iō cū turba debem⁹ xp̄m honoꝛare. ⁊ bñdictus q̄ venit in noie dñi decantare: vt cuz oibus electz in die iudicij valeam⁹ ad bñdicendū stare. ergo q̄ ad thema. Dicite filie syon ecce rex tu⁹ venit: occurre ei cū vestimētis penitētie ⁊ dilectiōis floꝛib⁹ v̄tutū cū ramis misericoꝛdie ⁊ pietatis ⁊ cāticle ⁊ bñdictōis: vt nos bñdicat hic et in futuro ame.

In Cena domini. Sermo. xxiij.

Exemplum dedi vobis

vt quēadmodū ego feci ita et vos faciatis Jo. xiij. Nos videm⁹ q̄n aliq̄s bon⁹ ⁊ fidelis amic⁹ ab amico debet recedere solet sibi aliq̄d de nodiū relinq̄re vt post recessum habeat de eo cogitare. ita xp̄s dñs noster quivenit ad nos tanq̄z amicus ad amicū nos visitare: vt ait in ps. Quia visitauit nos oriēs ex alto. Volens a suis de hoc mūdo recedre: ex emplū sue memorie voluit nobis hic relinq̄re: vt ait in psal. Memoriā fecit mirabiliū suoꝝ misericoꝛs ⁊ miseratoꝛ dñs. et de hoc dicit in euangelio. Ante diē festū pasche sciens ihesus q̄z venit hoꝛa ei⁹ vt trāseat

ex ꝟ̄ mūdo ad ꝑrem. cū dilexisset suos sctōs discipu-
los vsq; i finē dilexit eos q̄ secū erāt in ꝟ̄ mūdo fecit
cenā bodie suis discipulis dilectꝫ aplis: ⁊ cena facta
cū iā dyabolus misisset in cor symonis scariothis iu-
de vt traderet eū ꝓncipib⁹ sacerdotū ꝑ. xxx. argēteis
⁊ hoc fecit heri. s. in q̄rta feria. ⁊ ꝓterea multi boies
quarta feria nō comedūt carnes: eo q̄ caro xp̄i vēdi-
ta fuit q̄rta feria Sciēs aūt ihesus q⁹ oia dedit ei pater
in man⁹. ⁊ q⁹ exiuit a deo ⁊ ad deū vadit in ascensiōe
Surrexit a cena volēs nobis dare exemplū būilitatꝫ
ponit vestimenta sua. i. supiorē tunicā q̄ fuit sicut ve-
stimētū pegrinor⁹. Dicūt aliq; ⁊ ſbdūt illā tunicā quā
habuit tunicā ēe incōsutilē ⁊ illā supiorē exuit ⁊ posu
it de se ⁊ linteo vl̄ manutergio p̄cinxit se ⁊ misit aquā
in peluī quā bosp es tradidit eis ad lauādū man⁹: et
cepit lauare pedes discipulor⁹ ⁊ extergere linteo q̄
erat p̄cinct⁹. Venit ḡ ad symonē petrū ad lauandu⁹
sicut alios iā lauit: ⁊ dixit petrus retrabēdo pedes. ⁊
ego nō sum dign⁹. Rñdit dñs et dixit. Q̄d ego facio
tu nescis modo: scies aūt postea tūc dicā tibi q̄re ego
facio. Dicit ei petrus. Dñe tu non lauabis mihi pe-
des in eternū. i. nunq̄. Rñdit dñs. Si nō lauero te ꝟ̄
p gratiā nō habebis partē in regno eterno. Tūc exte
dit petr⁹ pedes ⁊ ait Dñe nō tm̄ laua mihi pedes ꝟ̄ ⁊
man⁹ ⁊ caput. vt magnā partē habeaꝫ tecū. Dicit ei
ihesus. Qui lotus est nō indiget nisi vt pedes lauet. ꝟ̄
est mūdus tot⁹: ⁊ vos mūdi estis ꝟ̄ non oēs. ⁊ hoc di
xit ꝓpter iudā: q⁹ sciuit q⁹ iā tradidit eū. ⁊ iō ait Non
estis mūdi oēs. Postq̄ lauit pedes eor⁹ accepit vesti
mēta ⁊ cū sedisset iterū discipulos ad mēsam q̄ fuit
rotūda. dixit eis. Scitis q̄d fecerim vob⁹ q̄re lauī ve-
stros pedes. tūc dixit. Vos vocaꝫ me magister ⁊ dñe
⁊ bene dicitꝫ. Sum eteni. si ego lauī vr̄os pedes mg̃r
⁊ dñs ⁊ vos debetis alter alteri⁹ lauare pedes. Exē-
plū em̄ būilitatis i hoc oñdi vobis quēadmodū ego
feci vobis ⁊ vos faciatꝫ. Nota q⁹ xp̄s bodie nobis de
dit quattuor exēpla. Primū exemplū dilectiōis. scdo
exemplū mūdicie in lauādo. tertio exemplū būilitatꝫ
in ministrādo. q̄rto exēplū vocatōis in ꝑdicādo. Pri
mo xp̄s dedit nob⁹ exemplū mūdicie i lauādo. nā ipe
est mūdus. iō nullū immūdū vult bīe in suū cōsortiū
vñ psal. Ambulās in via imaculata h̄ mihi ministra-
bat. Debem⁹ igit anteq̄ corp⁹ xp̄i in cena altarꝫ acci
piam⁹ a q̄ttuor maculis lauari. Primo a maculis ma-
le cogitatiōis debem⁹ cor nostrū lauare: vñ Esa. j. La
uamini mūdi estote auferte malū cogitationū vestra
rū ab oculis meis. Nā cogitatio mala denigrat aiam
sicut candela albū parietē cuius nō cōburit murū al-
tm̄ maculat. ita mala cogitatio. iō debem⁹ aiam la
re: vñ Greg. Quis macula venialis pcti cogitati-
onis nō sepat a deo. tm̄ retardat. etsi in ista vita nō ab
luit ꝑ aquā ptritiōis optz vt i purgatorio laueꝫ. ꝟ̄ tm̄
cogitatio mala q̄m̄ bō statim resistit nō est pctm̄ ꝟ̄ me
ritū: vñ Maxim⁹ in ser. Quotiēs resistis totiēs coro
naberꝫ. Greg. Cogitatio quātucunq; mala mentē nō
polluit: si rō būana nō ꝓsentit. Scdo debem⁹ nos la
uare ab imundicijs male opationis: vt ait Hiere. iiij.
Laua a malicia cor tuū. nā macꝫ male opatiōis ma
culat cor ⁊ delet faciē aie. sicut videm⁹ q⁹ imago depi
cta ad pictē interdū ita macꝫ q⁹ non p̄t videri. ita
opatio mala maculat faciē aie. ⁊ iō sacerdos añq̄ ac
cedat ad altare: ꝑmo lauat man⁹ ⁊ añ eleuatōz ⁊ pse
cratiōz lauat solū digitos: q̄b⁹ tractat hostiā. i signū
q⁹ q̄libz accedēs ad sacr̄m dz se lauare a pctis oibus
tā venialib⁹ q̄ mortalib⁹: vñ legim⁹ i figura. ij. Reg.
vj. q⁹ ozа sacerdos accessit ad tēpluz ⁊ tetigit arcā in
q̄ fuit tabula moysi quā dñs dedit sibi in mōte synai
cū. x. p̄cep̄ ⁊ vga aaron q̄ floruit ꝑ naturā ⁊ māna et
imediate pcussus est a dño ⁊ accessit añ arcā ⁊ man⁹
ei⁹ aruerūt ⁊ iudei assignāt rōnē q⁹ dñs ita pcussit eū
q⁹ ꝓcedēti nocte dormiuit cū ꝓria vxore. ⁊ sic acces-
sit imūdus. Ecce si dñs pcussit illū q̄ arcā tetigit imū
dus cū ꝓria vxore dormiēdo. q̄nto magis pcutiet illos
in futuro iudicio q̄ accedūt cū mult̄ malis opatiōib⁹
ꝟ̄ tm̄ de⁹ bodie misericors ē: ⁊ sup ꝟ̄ nō debem⁹ pecca
re. Tertio debem⁹ nos lauare a malis locutiōibus ⁊
q̄cq̄d ore peccauim⁹. s. detractiōe. nā detractores in-
uidiosi assimilant canib⁹ Math. vij. Nolite sctm̄ dare
canib⁹. Quarto debem⁹ nos lauare añq̄ accedam⁹
a pctis intentōis: vñ dr̄ in ps. petēs dñm dicit. Laua
me ab iniusticia mea ⁊ sup niue dealbabor. Et iō figu
rā legim⁹ in Exo. q⁹ moyses fecit lauatoriū añ tabna
culū de ere ⁊ supius specta magna vt intrātes tabna
culū inspicerēt specula magna vtrū i eis aliq̄ macule
eēnt vt illas delerēt. ita ⁊ nos añq̄ aia exeat de domo
corp⁹ ⁊ añq̄ vadat ad altissimū mōtez dz se i specio
sz xp̄o mūdare. ⁊ in aq̄ ptritiōis lauare. iō exemplū
mūdicie accipiam⁹ bodie a xp̄o. ꝟ̄ voluit pedes discī
pulis lauare ⁊c. Scdo debem⁹ a xp̄o accipe exēpluz
dilectiōis qđ oñdit i cenādo. Añ i hac cena reliq̄t no
bis mēoriā sue dilectiōis in altissimo sacro qđ bodie
ꝓsecrauit di. Accipite ⁊ comedite. hoc est corp⁹ meū
Nā in sacro isto est q̄drupler dignitas q̄ i hostia sūt
manifesta i hostia est albedo: q⁹ dz eē ex puro tritico
in signū q⁹ accedēs dz eē in vtute castitatꝫ. Itē in bo-
stia est rotūditas q̄ significat diuinitatē: q⁹ sicut rotū
dū nō hz ꝓncipiū neq; finē. sic deitas q̄ est sub sacro.
sic etiā i aia sub corpe. q̄ntūcunq; em̄ corp⁹ lediꝫ ⁊ cor
pus comediꝫ tm̄ aia inuisibilis ⁊ impalpabilis est. ita
deitas sub hostia. Itē in hostia ē imago xp̄i. in signuz
q⁹ digne sumēs i corp⁹ xp̄i imꝑmiꝫ. sicut corp⁹ amaꝫ
cū amato: vñ. ij. Cor. iij. In eādē imaginē trāsformā
mur de claritate i claritatē. Itē in hostia est descptio
lrar⁹ in signū q⁹ q̄ digne accipit scribiꝫ ad libz eterne
vite: Añ ait dñs discipulis digne sumētib⁹. Gaudets
q⁹ noia vra scꝑpta sunt i libro vite. Et sic hz q⁹ bodie
a xp̄o recipim⁹ exēplū dilectiōis i cenādo vbi nob⁹ re
liq̄t suū corp⁹ ⁊ sanguinē i memoriā passiōis Tertio
xp̄s nob⁹ bodie dedit exēpluz būilitatꝫ in mīstrādo: vñ
ait Mat. xj. Discite a me q⁹ mit̄ sum ⁊ būilis corde.
Quō aūt būili⁹ posset boi fuire q̄ pedes lauare: vñ
Greg. Nō pōt eē maior būilitas q̄ q⁹ pedes discipu
lor⁹ lauit: vñ petr⁹ post ascēsionē dñi suis discipulis
sp pedes lauit. Et ex recordatiōe xp̄i būilitatꝫ sp ama
re fleuit Hmōi exēplū būilitatꝫ in lotiōe pedū est nob⁹
nō solū in xp̄o. ꝟ̄ in antiqs virꝫ iustis ⁊ būilib⁹ oñsuz.
Añ legim⁹ figurā Ben. xviij. De⁹ p̄ añ incarnatiōz
xp̄i ad duo milia annor⁹ ꝓbauit obediētiā abrae. ⁊ p
fect⁹ inuēt⁹ ē. post ꝟ̄ voluit ꝓbare suā būilitatē ⁊ mi
sit tres angelos ad ipm i spē boim ambulātiū quasi
eēnt fessi ex itinere petētes hospitiū. qs abraā lete su-
scipiēs dixit eis. Reqescite sub arbore q̄ stabat añ do
mū ⁊ lauēt pedes vr̄i ⁊ statim pedes eor⁹ lauit et di-
xit ad vxorē suā. Vade cito ⁊ affer tria sata farine et
fac panē vt bi comedāt. Ita spūal⁹ exēplū būilitatis
nō solū in xp̄o ꝟ̄ etiā i antiqs p̄ib⁹ sanct̄ ⁊ iustis nob⁹
est oñsuz. Nā xp̄s ꝑm būanitatē est de seie abrae: vtz
in euangelio Mat. Liber gñatiōis ⁊c. Qual⁹ p̄ talis
fili⁹? Nō em̄ fuit necesse angelis lauare pedes ꝟ̄ solū
in exēplū būilitatꝫ. dz ḡ aia deuota añq̄ ad altissimuz

accedat sacrm ꝓmo sub arbore requiescere. Arbor illa est crux scta & lauare ibi pedes. i. affectiones cū lachrymis. & tūc dicet xps ad sacerdotē Affer tria sata farine et fac inde panē vt talis reficiat. Tria sunt in sacro. s. diuinitas caro et aīa. Et sic anīa prius in humilitate lota accedat. g̃ xps añ̃ꝫ aplis dedit corpus pedes lauit: qz nullus superbus accedat. Quarto dico q̄ xps dedit nob̄ hodie exēplū vocatiōis in secretorū reuelatiōe & ꝑdicatiōe. R. uelauit eis tria secreta. nā videm⁹ in nālibus q̄ sunt pauci dñi q̄ sua secreta reuelāt seruis suis: s̄ xps dixit ad discipulos Joh. xv. Jā vos nō dicā seruos s̄ amicos qz seru⁹ nesciat q̄d faciat su⁹ dñs. s̄ ego q̄si amicus reuelo vob̄ & ꝑdico tria secreta. Prio mortē meā qz exiui a pīe & veni in mūdū. & iteꝝ relinq̄ mūdū & vado ad pīem. Jtē ego aīam meā pono ꝓ vobis. naz hodie tradar in man⁹ pctoꝝ in mortē & vn⁹ vīm me tradet. ex b̄ ceperūt tristari. Tūc ait tristicia impleuit cor vīm. s̄ expedit vobis vt ego vadā vob̄ pare locū & via tristicia vertet in gaudiū. Scdo ꝑdixit eis secretū & velut amicꝫ supnā remūeratione ne desperarēt dicēs Vos aūt sedebitꝫ sup sedes iudicātes. xij. tribus isrl. qz ipi credere noluerūt q̄uis signa diuersa viderunt. Tertio dixit eis eoꝝ dispsionē: vñ dixit eis. Scriptū est pcutiā pastorē & dispgent oues greg. Hui⁹ aūt dispsionis & secretoꝝ reuelationis legim⁹ figurā. iij. Reg. xix. q̄ Jezabel dña regionis iudeoꝝ pessima erat. misitq; nūcios & iussit interficere ꝓphās dñi: eo q̄ dixerūt veritatē. Tūc helyas fugit i deserti & requieuit sub iunipero & petiuit vt moreret. & obdormiuit ibi in amaritudie aie sue. venit g̃ angelus dñs portās sibi panē & aquā & suscitauit eū dicēs. Surge & comede: grādis tibi restat via. Qui surgēs comedit & bibit & ambulauit in fortitudine cibi illi⁹ vsq; ad montē dñi. Et ibi dñs secreta sua reuelauit sibi q̄ vellet i breui in curru igneo eū in paradisum ꝑ angelos ducere. & ibi vsq; ad diē iudicij nāliter viuere. & tpe antixpi debēt ꝓdicare. Jta spūal'r. Xps ꝓdixit suis discipulis tristiciā & cibauit eos pane vite & secreta eis reuelauit vt ꝑ illas secretoꝝ reuelatiōes eos ꝓfortaret. ita & nos debem⁹ facere. dū em̄ iust⁹ bō fugit mortē aie ꝑ pcti detestationez & refocilat sub iunipero pnie. qz iuniper⁹ est acut⁹. excitat⁹ diuīa inspiratiōe dz surgere ex pcti pigritatiōe & refici pane celesti & potari aq̄ tribulatiōis & lachrymaz effusiōis. & i fortitudine illi⁹ cibi queniet ad mōtē dei vite eterne sicut sancti apli. Montē in q̄ bñplacitū est deo bitare in eo: vt dicit ps. De isto pane celico q̄ hodie apli fuert recreati: ait Bern. O sancte panis q̄ nos sp reficis & nūq̄ in te deficis q̄ comederis q̄tidie & integer sp manes. illumia me. ꝓforta me. sctifica me. vas cordis mei de malicia euacua & illud reple dei gratia. g̃ quo ad thema. Exemplū dedi vobis.

Sequit sermo de passione dñi q̄ collectus est ex libro Jacobi de voragine. xxiiij.

Liens iesus q̄ iaz oīa

ꝓsummata sunt vt ꝓsummaret scptura. dixit. Sitio. illi g̃ spongiā plenā aceto ysopo circūponētes obtulerūt ori ei⁹. Cū g̃ accepisset iesus acetū dixit: cōsummatū est. & inclinato capite tradidit spm̄. Jo. xix. Xps in vita sua iudeis dederat multa documēta. exhibuerat multa sanctitatis exēpla. contulerat multa bñficia atq; miracula. Sz hodie miseri iudei ꝑ documēt dederūt xpo dura verba ꝑ exēplis dederūt duriora verbera: ꝑ bñficijs dederunt sibi durissima crucis tormēta. nō restabat nisi vna pena. s. vt ip̄s suz felle cū aceto potaret. sicut autoritate suprādicta dī. Jn q̄ q̄dez autoritate tria ponūt ex pte xpi & vnū ex pte iudeoꝝ. Mā ex pte xpi ꝑmo ponit ei⁹ feruens charitas cū dicit. Sitio. scdo ꝓsummationis veritas cū subdit: ꝓsummatū est. tertio magna pietas. cū dī. inclinato capite tradidit spm̄. Quarto ex pte iudeoꝝ magna crudelitas in b̄ q̄ sibi porrexerūt acetū ad bibendū. Circa ꝑmū notandū est q̄ in b̄ qd xpus dixit sitio. ei⁹ feruēs charitas notat. no em̄ sitiebat aliquē liquorē. Bern. Sitio ait xps nō voleo. O dñe q̄d sitiꝫ fidē vīam. salutē vīam. gaudiū vīm. plus aiaꝝ vīaꝝ ꝓditio q̄s corpis mei cruciat⁹ me tenet. Et si non mei saltē vū miseremini. Jsta autē xpi charitas triplr incēsa oēs alios amores supat & excellit. s. amorē nālez matrimonialē. socialez & aīalē. Amor nālis est q̄ est inter ꝑem seu matrē & filiū. & istum amorē amor xpi excellit. Nulla em̄ mater filiū suū intantū dilexit inq̄ tū xps nos hodie amauit. Esa. xlix. Nunq̄d pōt mulier infantē suū obliuisci vt nō misereat filio vteri sui et si illa oblita fuerit ego nō obliuiscar tui. Ecce i manib⁹ meis descripsi te vt sim mēor tui corā oculis meis sp. Nūq̄ fuit aliq̄ mater q̄ filiū suū intantū diligeret vt nomē suū in manib⁹ pingi vel scribi faceret. vt sic die & nocte memoriā ei⁹ habet. Christ⁹ aūt in manib⁹ suis die ac nocte scriptos nos portat vt sp memoriā nr̄i habeat. Et illa scptura nō fuit facta cū calamo vel atramēto vel in pgameno. s̄ calami fuerūt acutissimi claui. attramētū ei⁹ sanguis p̄ciosus. scptores iudei pueri. pgamenū caro manuū. Scdo excellit amorez matrimonialē q̄ est inter virū & vxorē. et b̄ in duob⁹ Prio in hoc si vxor fornicat vlteri⁹ nō recipit: s̄ aie nr̄e iesum xpm̄ sponsuz deserūt & dyabolo adultero cōsentiūt. xps eas penitētes recipit. et iō in cruce manus extēsas tenet ad innuēdū q̄ pctores ad se reuertētes ꝓtin⁹ amplexat. Hiere. iij. Vulgo dī si dimiserit vir vxorē suā & recedēs ab ea duxerit alterā. nunq̄d reuertet ad eā vltra. nūq̄d nō polluta et cōtaminata erit mulier ista. Tu aūt fornicata es cū amatoribus multis. tn̄ ad me reuertere. & ego suscipiaz te dicit dñs. Scdo amor xpi excellit amorē matrimonialez. in hoc q̄ dicit. Si eēt aliq̄ vxor q̄ maculas in facie vt corpe bīet & nō posset ab illis maculis emūdari. nisi vir vulnerari se faceret & in suo sanguie vxor balnearet: nō est aliqs vir q̄ vxorē suā tantū diligeret q̄ ista sustinere valeret. Anie eteni nr̄e erāt plene maculis. et iō xps in q̄nq; ptibus vulnerari voluit & sanguinē suū fudit in q̄ sponsa se balneauit et ab oibus maculis mūdata fuit. Et hoc est qd dī Eph̄. v. Viri diligite vxores vras quēadmodū xps dilexit eccliā & tradidit semetipm̄ ꝑ ea vt illā sctificaret mundās eā lauacro aq̄ in vbo vite vt exhiberet sibipsi gliosam eccliā nō habentē maculā siue rugā aut aliqd hmōi. s̄ vt sit scta & immaculata. Tertio amor xpi excellit amorē socialē q̄ est inter amicos. nullus bō inueniret q̄ vellet mori ꝑ amico q̄ntūcunq; iusto. s̄ pro amico bono. i. simplici fideli & innocēter dispōsito fortasitan qs se morti exponeret. nos nō eram⁹ iusti nec eram⁹ boni. s̄ impij & dei inimici. et tn̄ xps ꝑ nob̄ voluit mori. & b̄ est qd dī ad Ro. v. Cū adhuc essemus infirmi xps ꝑ nobis mortu⁹ est. Pōt tn̄ dici q̄ xps bēat vnicū filiū. s. gen⁹ hūanū. vt g̃ xps inter istos pacē faceret mediatorē se interposuit. j. Thim̄. ij. Un⁹ est mediator dei & hoim. bō xpus iesus q̄ dedit semetipm̄ redēptorē ꝑ nob. Sepe aūt cōtingit q̄ aliqs q̄n se inter du-

os rixãtes interponit: ab vtroq; vulnerãd⁹. Sz xp̃s vulnerat⁹ a pre Esa. liij. Propter scelus ppli mei p-cussi eũ Vulnerat etiã ab boie Zach. xiij. Dis plagatus sum i domo q̃ diligebãt me. Quarto vo amor domini nr̃i iesu xp̃i excellit amorẽ animalẽ q̃ est int̃ animam z corpus anima enim intantum diligit corpus q̃ ab eo separari renuit z omnem lesionem corporis vitat z fugit. Ania aũt domini nostri iesu xp̃i intantũ aias dilexit. q̃. s. a corpe suo p nr̃a salute separi voluit Job. x. Aiam meã pono pro ouib⁹ meis. Intantũ dilexit q̃ passus est corp⁹ suũ in q̃nq; ptibus cũ multa leticia lacerari vt p̃cũ nr̃e redẽptionis abũdanter effluer et. Vñ in psona sua dicit ꝓpheta. Cõcidisti sacũ meũ z circũdedisti me leticia. Scdo ponit cõsummatiõis veritas. psummataq; z cõpleta fuerũt oia q̃ dicta fuerũt de natiuitate sua: de sua cõuersatiõe z de sua passiõe. Hodie quoq; psummatũ fuit corp⁹ suũ z sanguis su⁹. Corp⁹ q̃dẽ suũ psummatũ fuit: q̃ oia ossa sua apparebãt z dinũerari poterãt. ps̃. Dinũerauerũt oia ossa mea. Nec mirũ si corpus eius sic fuit psummatũ q̃ fuit tribus disciplinis ꝑuissimis flagellatũ. Est em̃ q̃dã disciplina q̃ fit virgis: z ista fort̃ est q̃ carnẽ frangit. Est alia q̃ fit cũ spinis duris z acut̃ z ista est fortior: q̃ vsq; ad ossa pforãdo ptingit. Est aũt alia q̃ fit cũ ferreis instrumẽtis. z ista ẽ fortissima q̃ aiam a corpore excutit. Ista triplici disciplina fuit corp⁹ xp̃i flagellatũ. z iõ totaliẽ cõsummatũ. Primo em̃ fuit flagellat⁹ virgis seu funib⁹ nodosis qñ. s. pylat⁹ ip̃m ad colũnã ligari z flagellari fecit. z talis flagellatio totũ corp⁹ vulnerauit. Scdo fuit flagellat⁹ cũ spinis duris z acut̃ coronat⁹: z talis flagellatio vsq; ad os capitis z vsq; cerebrũ puenit: z ꝑm Chriso. Mille pũctis caput ei⁹ impleuit. z si dicat q̃ videt impossibile q̃ spine os capit̃ tãdurũ potuerũt pforare. Dez est ꝑm nãm s nõ ꝑm volũtatẽ diuinã. nec est ꝓriũ ei q̃d dr̃. Jo. xix. Os nõ cõminuetis ex eo. q̃ os capit̃ non fuit cõminutũ. lz fuit pforatũ. Tertio fuit flagellat⁹ instrumẽtis ferreis. i. cũ clauis acut̃. z ista flagellatio aiam excussit a corpe Mat. xxvij. Jesus clamãs voce magna pre nimio dolore clauoꝝ emisit spm̃. Scdo ei⁹ sanguis fuit psummat⁹. q̃ tot⁹ a corpore euacuat⁹. oia em̃ opa fecit de⁹ in nũero põdere vt mensura: vt dr̃ Sap. xj. excepto ope nr̃e redẽptionis. ibi em̃ nõ seruauit nũerũ. vt q̃ vnã vel duas guttas sanguinis funderet cũ vna sola sufficeret. nõ seruauit põdus. vt. s. vnã libr̃ã vel vnã vnciã funderet. nõ ꝟuauit mẽsurã. vt. s. vnũ calicez mẽsuraret. s totũ dedit totũ fudit. Vñ ps̃. Copiosa apud dm̃ redẽptio.

rñ. Prorsus copiosa q̃ nõ gutta sanguis. s vnda lumis p q̃nq; ptes corpis emanauit. Tertio oñdit magna cõpassio z magna pietas in s q̃ dr̃. Inclinato capite tradidit spm̃. Magna q̃dẽ impietas. q̃ iudei spm̃ xp̃i ab ei⁹ corpe violent̃ cũ mult̃ supplicijs expulerũt ps̃. Vim faciebãt q̃ q̃rebãt aiam. Ex s aũt q̃ dr̃. Inclinato capite tradidit spm̃. q̃dã voluerunt aiam ꝓncipalẽ sedẽ hr̃e in capite. Sup s tñ int̃ sapiẽtes fuerũt q̃ttuor opiniões. Quidã em̃ dixerũt aiam esse in corpe: z s ꝓpter auctem illã q̃ dr̃ Gen. ij. de creatiõe hois. Inspirauit i faciẽ ei⁹ spiraculũ vite. Jsta em̃ est inspiratio vite. Alij dixerũt ipam eẽ in corde z s ꝓpter auctem illã Mat. xv. De corde exeũt cogitatiões. q̃ em̃ cogitatiões exeũt absit nisi exeãt ab ania Hiero. in epl̃is ad fabiolã. Quid ꝓncipale hois nisi aia quã plato i cerebro: xps̃ eẽ in corde mõstrat. Alij dixerũt ipam i sanguie z s ꝓpter illud q̃d dr̃ Leui. xvij Ania ois carnis in sanguie est. Alij ipam eẽ int̃ corpe z in q̃libet pte totã. z hoc ꝓpter illud. ij. Reg. j. Adhuc tota aia est i memetipo in corpe meo. Judei vo volentes aiam xp̃i cruciare videnẽ istas q̃ttuor opiniones saltẽ ipo facto sciuisse. Prio em̃ ipam aiam cruciauerũt in capite q̃n fuit spinis coronat⁹. Anselm. Coronatus incedit. s ipe sua cruciat⁹ est corona. q̃ mille pũctis eius pciosissimũ verticẽ vulnerauit Scdo ipam cruciauerũt in corde. q̃ si fuit iuxta cor i latere vulnerat⁹ est: vt si forte aia remãsisset cruciatũ sentiret. Deruntñ cũ triplex sit amor. s. sermonis cordis z opis. tũc q̃n oñdit nob amorẽ sermõis sui in sapiẽti p̃dicatione. amorẽ opis i miraculoꝝ exhibitõe nõ restabat nisi oñderet amorẽ cordis quẽ oñdit i later̃ aptione Berñ. Clau⁹ penetrãs clau⁹ reserans. fact⁹ est mihi q̃ videã p foramẽ. clamat clau⁹. clamat vuln⁹ q̃ vere de⁹ sit in xp̃o recõciliãs sibi. Certõ cruciauerũt ei⁹ aiam in sanguie. q̃n. s. clauis acut̃ ei⁹ neruos aperuerũt. z totũ sanguinẽ cũ doloꝝ⁹ extraxerũt. ita q̃ corpus ei⁹ in cruce remãsit aridũ sicut lignũ: vs ps̃. Aruit tanq; testa vtus mea. Idem ossa mea sicut cremiũ aruerũt. Et assimilat xp̃s corp⁹ suũ teste z cremio. nã testa q̃ ꝓus fuerat hũida postmodũ ab igne facta est arida. Siliter cremiũ est lardũ adustũ. a q̃. s. ois pũguedo recessit. corp⁹ q̃ xp̃i i cruce fuit sicut testa q̃ ab oib⁹ suis humoꝝ⁹ fuit exiccata. Et fuit sicut cremiũ q̃ sanguie suo pciosissimo fuit euacuatũ Quarto vo afflixerũt ipi iudei aiam dñi nr̃i iesu xp̃i. a toto corpe q̃ a plãta pedis vsq; ad verticẽ nõ fuit in eo sanitas. Cruciat⁹ em̃ fuit i toto corpe. i pte supma fuit spinis coronat⁹. in media fuit ad colũnã ligat⁹ z flagellat⁹. in infima fuit pedib⁹ pforat⁹ vbi sensit magnũ dolorẽ: q̃ loc⁹ erat neruosus. z q̃ vn⁹ pes sup aliũ posit⁹ et q̃ grossis clauis pforatus z q̃ innitebat clauatis pedib⁹ totũ corp⁹. Quarto ponit̃ ex pte iudeoꝝ magna puersitas i eo q̃ os xp̃i aceto potauer̃t. Due magne rusticitates bodie ori xp̃i facte fuerunt. Una est q̃n sibi acetũ bibere dederũt. Scdo q̃n iudas ore suo turpissimo os christi fanctissimuz osculari ꝓsumpsit. istas duas rusticitates bodie multi adhuc faciũt ori xp̃i. Quidaz em̃ adhuc sibi dant acetum id est opera acerba. ps̃. Exacerbauerũt dñm pctores. Cũ em̃ debẽret dare vinũ suaue. i. opa bona z deo placita dant sibi acetum. i. opa acerba Esa. v. Expectaui vt faceret vuas z fecit labruscas. Scdo sunt q̃dã q̃ cũ iuda os xp̃i osculanẽ. Quatuor em̃ psone xp̃m osculate sunt Mã ipm osculata fuit mater ei⁹: q̃ qñ eũ infantez in brachijs suis baiulauit sepe ipm osculabat. z s in signũ amor̃. Osculat⁹ etiã fuit ipm symeon. qñ. s. ipm i vlnas suas assũpsit. z illd osculũ fuit i signũ reuerẽtie vl deuotiõis. sicut fiebs man⁹ vl pedes pape osculatur. Osculata etiã fuit eũ maria magdalena. z s in signũ recõciliatiõis. sicut qñ inimici ad pacẽ veniũt se mutuo osculanẽ. Osculat⁹ etiã fuit eũ iudas. z s in signũ ꝓditionis. sicut z ioab osculat⁹ est amasan: vt hr̃. ij. Re. xx. Quicũq; q̃ xp̃m osculabit videat q̃liter eũ osculet. Ille em̃ q̃ nullũ hz odiũ vel rancorẽ. s ad deũ z ꝓximũ hz sincerũ amorẽ osculat eũ cũ matre. Ille q̃ ad xp̃i passionẽ mlta reuerẽtia z deuotiõe z lachrymarũ effusiõe afficit̃. osculat eũ cũ symeone. Ille q̃ ꝓus erat deo inimic⁹. z in ista q̃dragesima est sibi recõciliat⁹ osculat̃ eũ cũ maria magdalena Ille q̃ bodie osculat̃ crucifixũ z etiã cũ ipo epulatur z post pascha ad pctã reuertit̃. osculat̃ eũ cũ iuda ꝓditore Magna em̃ proditio est bodie xp̃o osculũ dare et in

pascha cū ipo comedere ⁊ postea de domo corpis sui xpm expellere ⁊ inimicū sibi capitalem. i. demonē. in cor suū introducere. Talib⁹ pōt xps dicere qđ dr in ps. Tu vo hō vnanimis dux me⁹ ⁊ not⁹ me⁹ q̄ simul mecū dulces cibos capiebas. in domo dei ambulauimus cū consensu. Veniat mors super illos ⁊ descendant in infernū viuentes.

De passione dñi. Sermo. xxv.

Aspice ⁊ fac scdm exemplar qđ tibi i monte monstratū est Exo. xxv.

